



CORPUS THOMISTICUM
<http://www.corpusthomisticum.org/qdp01.html>

**Sancti Thomae de Aquino
Quaestiones disputatae de potentia Dei quaestio 1, art. 2.**

[Textum Taurini 1953 editum
ac automato translatum a Roberto Busa SJ in taenias magneticas
denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit]

Quaestio 1

Articulus 2

Secundo quaeritur utrum potentia Dei sit infinita

Et videtur quod non.

Arg. 1. Quia, ut dicitur in IX Metaph., frustra esset in natura aliqua potentia activa cui non responderet aliqua passiva. Sed potentiae infinitae divinae non respondet aliqua passiva in natura. Ergo frustra esset divina potentia infinita.

Arg. 2. Praeterea philosophus probat, non esse potentiam infinitam magnitudine infinita: quia sequeretur quod ageret in non tempore. Nam maior virtus agit in minori tempore: unde quanto virtus est maior, tanto tempus est minus. Sed potentiae infinitae ad finitam nulla est proportio. Ergo nec temporis in quo agit potentia infinita, ad tempus in quo agit potentia finita. Cuiuslibet autem temporis ad quodlibet tempus est proportio. Ergo cum potentia finita moveat in tempore, potentia infinita movebit in non tempore. Eadem ratione si potentia Dei est infinita, semper operabitur in non tempore; quod falsum est.

Arg. 3. Sed dices, quod voluntas divina non determinat quanto tempore velit effectum suum compleri; et sic non oportet quod potentia divina semper agat in non tempore.- Sed contra, voluntas divina non potest immutare eius potentiam. Sed de ratione potentiae infinitae est quod agat in non tempore. Ergo hoc per voluntatem divinam immutari non potest.

Arg. 4. Praeterea, omnis potentia manifestatur per suum effectum. Sed Deus non potest facere effectum infinitum. Ergo potentia Dei non est infinita.



Arg. 5. Praeterea, potentia proportionatur operationi. Sed operatio Dei est simplex. Ergo et potentia. Simplex autem et infinitum ad invicem repugnant. Ergo ut prius.

Arg. 6. Praeterea, infinitum est passio quantitatis, ut philosophus dicit. Sed Deus est absque quantitate et magnitudine. Ergo eius potentia non potest esse infinita.

Arg. 7. Praeterea, omne quod est distinctum est finitum. Sed potentia Dei est distincta a rebus aliis. Ergo est finita.

Arg. 8. Praeterea, infinitum dicitur per remotionem finis. Finis autem est triplex; scilicet magnitudinis, ut punctus; perfectionis, ut forma; intentionis, ut causa finalis. Haec autem duo ultima, cum sint perfectionis, a Deo removeri non debent. Ergo divina potentia non debet dici infinita.

Arg. 9. Praeterea, si potentia Dei est infinita, hoc non potest esse nisi quia est effectuum infinitorum. Sed multa alia sunt quae habent effectus infinitos in potentia, ut intellectus, qui potest intelligere infinita in potentia, et sol qui potest producere effectus infinitos. Si ergo potentia Dei dicatur infinita, pari ratione et multae aliae erunt infinitae; quod est impossibile.

Arg. 10. Praeterea, finis est quoddam ad nobilitatem pertinens. Sed omne quod est huiusmodi, rebus divinis debet attribui. Ergo potentia divina debet dici finita.

Arg. 11. Praeterea, infinitum, secundum philosophum, est partis, et materiae: quae imperfectionis sunt, et Deo non conveniunt. Ergo nec infinitum est in potentia divina.

Arg. 12. Praeterea, secundum philosophum, terminus neque finitus neque infinitus est. Sed divina potentia est omnium rerum terminus. Ergo non est infinita.

Arg. 13. Praeterea, Deus agit tota potentia sua. Si ergo potentia eius est infinita, semper effectus eius erit infinitus; quod erat impossibile.

Sed contra 1. Est quod dicit Damascenus, quod infinitum est quod neque tempore neque loco neque comprehensione finitur. Hoc autem convenit divinae potentiae. Ergo divina potentia est infinita.

Sed contra 2. Praeterea, Hilarius dicit: *Deus immensae virtutis, vivens potestas, quae nusquam non adsit nec usquam desit.* Omne autem immensum est infinitum. Ergo potentia Dei est infinita.



Conclusio. Respondeo. Dicendum, quod infinitum dicitur dupliciter. Uno modo privative; et sic dicitur infinitum quod natum est habere finem et non habet: tale autem infinitum non invenitur nisi in quantitibus. Alio modo dicitur infinitum negative, id est quod non habet finem. Infinitum primo modo acceptum Deo convenire non potest, tum quia Deus est absque quantitate, tum quia omnis privatio imperfectionem designat, quae longe a Deo est.

Infinitum autem dictum negative convenit Deo quantum ad omnia quae in ipso sunt. Quia nec ipse aliquo finitur, nec eius essentia, nec sapientia, nec potentia, nec bonitas; unde omnia in ipso sunt infinita. Sed de infinitate eius potentiae specialiter sciendum est, quod cum potentia activa sequatur actum, quantitas potentiae sequitur quantitatem actus; unumquodque enim tantum abundat in virtute agendi quantum est in actu.

Deus autem est actus infinitus, quod patet ex hoc quod actus non finitur nisi dupliciter. Uno modo ex parte agentis; sicut ex voluntate artificis recipit quantitatem et terminum pulchritudo domus. Alio modo ex parte recipientis; sicut calor in lignis terminatur et quantitatem recipit secundum dispositionem lignorum. Ipse autem divinus actus non finitur ex aliquo agente, quia non est ab alio, sed est a se ipso; neque finitur ex alio recipiente, quia cum nihil potentiae passivae ei admisceatur, ipse est actus purus non receptus in aliquo; est enim Deus ipsum esse suum in nullo receptum.

Unde patet quod Deus est infinitus; quod sic videri potest. Esse enim hominis terminatum est ad hominis speciem, quia est receptum in natura speciei humanae; et simile est de esse equi, vel cuiuslibet creaturae. Esse autem Dei, cum non sit in aliquo receptum, sed sit esse purum, non limitatur ad aliquem modum perfectionis essendi, sed totum esse in se habet; et sic sicut esse in universali acceptum ad infinita se potest extendere, ita divinum esse infinitum est; et ex hoc patet quod virtus vel potentia sua activa, est infinita.

Sed sciendum quod quamvis potentia habeat infinitatem ex essentia, tamen ex hoc ipso quod comparatur ad ea quorum est principium, recipit quemdam modum infinitatis quem essentia non habet. Nam in obiectis potentiae, quaedam multitudo invenitur; in actione etiam invenitur quaedam intensio secundum efficaciam agendi, et sic potest potentiae activae attribui quaedam infinitas secundum conformitatem ad infinitatem quantitatis et continuae et discretas. Discretas quidem secundum quod quantitas potentiae attenditur secundum multa vel pauca obiecta; et haec vocatur quantitas extensiva: continuae vero, secundum quod quantitas potentiae attenditur in hoc quod remisse vel intense agit; et haec vocatur quantitas intensiva. Prima autem quantitas convenit potentiae respectu



obiectorum, secunda vero respectu actionis. Istorum enim duorum activa potentia est principium.

Utroque autem modo divina potentia est infinita. Nam nunquam tot effectus facit quin plures facere possit, nec unquam ita intense operatur quin intensius operari possit. Intensio autem in operatione divina non est attendenda secundum quod operatio est in operante, quia sic semper est infinita, cum operatio sit divina essentia; sed attendenda est secundum quod attingit effectum; sic enim a Deo moventur quaedam efficacius, quaedam minus efficaciter.

Ad primum ergo dicendum, quod nihil quod est in Deo, potest dici frustra, quia frustra est quod est ad aliquem finem quem non potest attingere; Deus autem et quae in ipso sunt, non sunt ad finem, sed sunt finis. Vel dicendum, quod philosophus loquitur de potentia activa naturali. Res enim naturales coordinatae sunt ad invicem, et etiam omnes creaturae: Deus autem est extra hunc ordinem; ipse enim est ad quem totus hic ordo ordinatur, sicut ad bonum extrinsecum, ut exercitus ad ducem, secundum philosophum. Et ideo non oportet ut ei quod est in Deo, aliquid in creaturis respondeat.

Ad secundum dicendum, quod secundum Commentatorem in VIII Physic., demonstratio illa de proportionem temporis et potentia moventis procedit de potentia infinita in magnitudine, quae proportionatur infinito temporis cum sint unius generis determinati, scilicet continuae quantitatis, non autem tenet de infinito extra magnitudinem, quod non est proportionale infinito temporis, utpote alterius rationis existens. Vel dicendum, ut tactum est in obiiciendo, quod Deus quia agit voluntarie, mensurat motum eius quod ab eo movetur, sicut vult.

Ad tertium dicendum, quod licet voluntas Dei non possit mutare eius potentiam, potest tamen determinare eius effectum. Nam voluntas potentiam movet.

Ad quartum dicendum, quod ipsa ratio facti vel creati repugnat infinito. Nam ex hoc ipso quod fit ex nihilo, habet aliquem defectum, et est in potentia, non actus purus; et ideo non potest aequari primo infinito ut sit infinitum.

Ad quintum dicendum, quod infinitum privative dictum, quod est passio quantitatis, repugnat simplicitati, non autem infinitum quod est negative dictum.

Ad sextum dicendum, quod illa ratio procedit de infinito privative dicto.

Ad septimum dicendum, quod aliquid potest esse distinctum dupliciter. Uno modo per aliud sibi adiunctum, sicut homo distinguitur per rationalem differentiam ab asino, et tale distinctum oportet esse finitum, quia illud



adiunctum determinat ipsum ad aliquid. Alio modo per se ipsum; et sic Deus est distinctus ab omnibus rebus, et hoc eo ipso quia nihil addi ei est possibile; unde non oportet quod sit finitus neque ipse neque aliquid quod in ipso significatur.

Ad octavum dicendum, quod finis cum sit perfectionis, Deo nobilissimo modo attribuitur, scilicet ut ipse essentialiter sit finis, non denominative finitus.

Ad nonum dicendum, quod sicut in quantitibus potest considerari infinitum secundum unam dimensionem et non secundum aliam, et iterum infinitum secundum omnem dimensionem, ita et in effectibus. Possibile est enim aliquam creaturam posse producere effectus infinitos quantum est de se, secundum aliquid, utpote secundum numerum in eadem specie; et sic omnium illorum effectuum natura est finita, utpote ad unam speciem determinata, ut si accipiamus homines vel asinos infinitos. Non est autem possibile ut sit aliqua creatura quae possit in effectus infinitos omnibus modis et secundum numerum et secundum species et secundum genera; sed hoc solius Dei est, et ideo sola eius potentia est simpliciter infinita.

Ad decimum dicendum, sicut ad octavum.

Ad undecimum dicendum, quod ratio illa procedit de infinito privative dicto.

Ad duodecim similiter dicendum.

Ad decimumtertium dicendum, quod Deus semper agit tota sua potentia; sed effectus terminatur secundum imperium voluntatis, et ordinem rationis.



AQUINATE

<http://www.aquinate.net/traduções.html>

São Tomás de Aquino
Questões disputadas sobre a potência de Deus, questão 1, art.2.

[Tradução Prof. Dr. Paulo Faitanin]

Questão 1

Artigo 2

Se a potência de Deus é infinita.

E parece que não.

Arg. 1. Porque, como disse no livro IX da *Metafísica* [texto 2], seria inútil se existisse na natureza alguma potência ativa que não correspondesse alguma passiva. Mas a infinita potência divina não corresponde a nenhuma passiva na natureza. Logo, seria inútil a potência divina infinita.

Arg. 2. Além do mais, o Filósofo prova [*Física*, VIII, 10, 266^a 24b 6] que não há potência infinita de magnitude infinita, porque se seguiria que não agiria no tempo¹. Pois uma maior capacidade age em menor tempo: daí que quanto maior é a capacidade, tanto menor é o tempo. Mas não há nenhuma proporção entre a potência infinita e a finita. Portanto, não há proporção também entre o tempo em que atua a potência infinita e o tempo em que atua a potência finita. Porém, existe uma proporção entre um tempo qualquer e qualquer outro tempo. Ora, se a potência finita se move no tempo, a potência infinita não se moverá no tempo. Pela mesma razão, se a potência de Deus é infinita, sempre operará fora do tempo, o que é falso.

Arg. 3. Argumenta-se que a vontade divina não determina em quanto tempo quer que seu efeito seja completado e, assim, não é necessário que a potência divina sempre atue fora do tempo. Mas ao contrário, a vontade divina não pode mudar sua potência. Ora, é da razão da potência infinita sempre agir fora do tempo. Logo, isso não pode ser mudado pela vontade divina.

Arg. 4. Além do mais, toda potência manifesta-se por seu efeito. Ora, Deus não pode produzir um efeito infinito. Logo, a potência de Deus não é infinita.

¹ E se a potência infinita não operasse no tempo, não se explicaria a criação como efeito da infinita potência de Deus no tempo.



Arg. 5. Além do mais, a potência é proporcionada à operação. Ora, a operação de Deus é simples. Portanto, também sua potência. Simples e infinito se contradizem entre si. Logo, conclui-se como o anterior.

Arg. 6. Além do mais, como diz o Filósofo [*Física*, I, 2, 185a 33-34; 185b 2-3] o infinito é uma propriedade da quantidade. Ora, Deus existe sem quantidade e magnitude. Logo, sua potência não pode ser infinita.

Arg. 7. Além do mais, tudo o que é distinto é finito. Ora, a potência de Deus é distinta das outras coisas. Logo, é finita.

Arg. 8. Além do mais, diz-se infinito pela remoção do fim. Ora, o fim é triplo, a saber, da magnitude, como o ponto, da perfeição, como a forma e da intenção, como a causa final. Estes dois últimos, porque são perfeições, não devem ser removidos de Deus. Logo, a potência divina não pode ser dita infinita.

Arg. 9. Além do mais, se a potência de Deus fosse infinita, isso não poderia ser senão porque é potência de efeitos infinitos. Ora, existem muitas outras coisas que têm efeitos infinitos pela potência, como o intelecto, que pode, em potência, inteligir infinitas coisas e o Sol que pode produzir efeitos infinitos. Se, portanto, se diz que a potência de Deus é infinita, pela mesma razão muitas outras coisas seriam infinitas, o que é impossível.

Arg. 10. Além do mais, o fim é algo que pertence à nobreza. Ora, tudo que é deste modo, deve ser atribuído às coisas divinas. Logo, a potência divina deve ser dita finita.

Arg. 11. Além do mais, o infinito, conforme o Filósofo [*Física*, III, 6, 207a 21-22; 26-28] é próprio da parte e da matéria, que são as coisas mais imperfeitas e que a Deus não convêm. Logo, nem o infinito existe na potência divina.

Arg. 12. Além do mais, segundo o Filósofo [*Física*, I, 2, 185b 18-19] o limite não é nem finito nem infinito. Ora, a potência divina é o limite de todas as coisas. Logo, não é infinita.

Arg. 13. Além do mais, Deus age em toda sua potência. Se a potência de Deus é infinita, seu efeito será sempre infinito, o que é impossível.

Mas contra 1. É o que afirma Damasceno [*De fide orthodoxa*, 13, 6], que o infinito é o que não é limitado nem no tempo nem no lugar, nem na compreensão. Ora, isso convêm à potência divina. Logo, a potência divina é infinita.



Mas contra 2. Além do mais, Hilário diz: “Deus de poder imenso, poder vivente, que nunca se afasta nem se diminui” [*De Trinitate*, VIII, 24]. Tudo o que é imenso é infinito. Logo, a potência de Deus é infinita.

Conclusão: Respondo dizendo que infinito se diz em dois sentidos. Um modo privativamente; e, deste modo, infinito se diz daquilo que deveria por natureza ter limite e não o tem. Este tipo de infinito só se encontra na quantidade. Outro modo negativamente, ou seja, o infinito é aquilo que não tem fim. No primeiro modo, o infinito não pode ser aceito por convir a Deus, seja porque Deus existe sem quantidade, seja porque toda privação indica uma imperfeição, o que está longe de afirmar-se de Deus.

Ora, o infinito em sentido negativo convém a Deus, enquanto que todas as perfeições existem n’Ele mesmo. Porque Deus não é limitado por algo, nem sua essência, nem sabedoria, nem potência, nem bondade; todas estas perfeições n’Ele são infinitas. Mas deve-se saber especialmente acerca da infinitude de sua potência, pois se segue um ato da potência ativa, à quantidade de potência segue a quantidade de ato; na verdade, cada um abunda na capacidade de operar, na medida em que está em ato.

Ora, Deus é ato infinito, o que evidencia pelo fato de que o ato não se limita senão de duas maneiras. Um modo, por parte do agente, por exemplo, pela vontade do arquiteto, a beleza de uma casa recebe quantidade e limite. Outro modo, por parte do que recebe, por exemplo, o calor na madeira limita-se e recebe uma quantidade, segundo a disposição das madeiras. Ora, o próprio ato divino não se limita pro nenhum agente, porque Ele não existe por outro senão por Si mesmo; nem se limita por outro que o receba, porque não se mistura com nenhuma potência passiva e Ele mesmo é ato puro, não recebido em outro; com efeito, Deus é seu próprio ser que em nenhum outro é recebido.

Onde é evidente que Deus é infinito, o que pode ser visto desta maneira. O ser do homem está limitado por sua espécie, porque é recebido na natureza da espécie humana. O mesmo ocorre com o ser do cavalo ou de qualquer outra criatura. Ora, o ser de Deus, porque não é recebido em outro, mas é ser puro, não está limitado a algum modo da perfeição do ser, porque tem em si todo o ser. E assim como o ser considerado universalmente pode estender-se a infinitas coisas, assim também, o ser divino é infinito; e, por isso, é evidente que sua capacidade ou potência ativa é infinita.

Ora, há de saber que, ainda que a potência tenha a infinitude em virtude da essência, ela, não obstante, quando comparada com as coisas das que é princípio,



recebe certo modo de infinitude que a essência não tem. Porque nos objetos da potência se encontra alguma multiplicidade; e também na ação encontra-se alguma intensidade, segundo a eficácia do operar, e assim pode atribuir-se à potência ativa, certo grau de infinitude que corresponde à infinitude da quantidade contínua e da discreta. À infinitude da quantidade discreta na medida em que a quantidade da potência refira-se a muitos ou poucos objetos; e esta se denomina quantidade extensiva. Com efeito, à infinitude da quantidade contínua, na medida em que a quantidade da potência refira-se à quantidade de potência que opera frágil ou intensivamente; e esta se denomina quantidade intensiva. A primeira quantidade convém à potência com respeito aos objetos, a segunda, com efeito, com relação às ações. A potência ativa é efetivamente princípio destas duas.

Em ambos os sentidos a potência de Deus é infinita. Ora, nenhum efeito pode fazer o que muitos podem, assim, nem um efeito é operado se não pode ser operado mais intensivamente. A intensidade na operação divina não deve ser entendida conforme o que a operação é no operante, porque assim a ação da essência divina sempre seria infinita; é preciso considerá-la segundo refere-se ao efeito. Assim, na verdade, algumas coisas são movidas mais eficazmente por Deus e outras menos eficazmente.

Ao primeiro respondo dizendo que nada que exista em Deus pode ser dito inútil, porque inútil é aquilo que é para algum fim ao qual não pode atingir; Ora, Deus e as coisas que existem n'Ele não são para um fim, mas são o próprio fim. Ou dizer que o Filósofo falou acerca da potência ativa natural. As realidades naturais são, pois, coordenadas umas com as outras e, também, todas as criaturas. Mas Deus está fora desta ordem; Ele é, pois, para o quem toda esta ordem orienta-se, como ao bem extrínseco, como o exército ao general, conforme diz o Filósofo [*Metafísica*, XII, 10, 1075^a 11-15].

Ao segundo respondo dizendo que de acordo com o Comentador [*In VIII Physicorum*, com. 79] aquela demonstração da proporção do tempo e da potência do que se move, diz respeito à potência infinita em magnitude, que é proporcionada ao infinito temporal, enquanto são de um gênero determinado, a saber, de quantidade contínua, mas não se refere ao infinito sem magnitude, que não é proporcional ao infinito do tempo, já que procede de outra natureza existente. Ou dizer, como é posto na objeção, que Deus porque opera voluntariamente, mede o movimento daquilo que se move por Ele, como quer.



Ao terceiro respondo dizendo que embora a vontade de Deus não possa mudar sua potência, pode, todavia, determinar seu efeito. Porque a vontade move a potência.

Ao quarto respondo dizendo que o próprio conceito do que é produzido ou criado repugna o infinito. Por isso, isto mesmo que é feito do nada tem algum defeito e existe em potência, não em ato puro; e, por isso, não pode ser equiparado com o primeiro infinito enquanto é infinito.

Ao quinto respondo dizendo que o infinito considerado como privação, que é uma paixão da quantidade, repugna a simplicidade, mas não o infinito que é tomado como negação.

Ao sexto respondo dizendo que aquela objeção é válida para o infinito tomado como privação.

Ao sétimo respondo dizendo que algo pode ser distinto de dois modos. Um modo por aquilo que se lhe é acrescentado, como homem distingue-se do asno pela diferença racional e tal distinção é preciso que seja finita, porque aquilo que é acrescido determina-o a ser algo. Outro modo por si mesmo; e assim Deus é distinto de todas as coisas, e isso se Lhe aplica porque é impossível acrescentar-Lhe algo; portanto, não é necessário que seja finito nem Ele mesmo nem as demais coisas que a Ele se referem.

Ao oitavo respondo dizendo que o fim sendo perfeição, deve ser atribuído a Deus de modo nobilíssimo, a saber, porque sendo Ele mesmo fim, não é denominado finito.

Ao nono respondo dizendo que assim como nas coisas com quantidades pode ser considerado o infinito com relação a uma dimensão e não com relação à outra, ou infinito com relação a toda dimensão, assim também nos efeitos. É possível, pois, que alguma criatura possa produzir efeitos por si infinitos, em algum aspecto, como em sua mesma espécie, segundo o número; e assim a natureza de todos aqueles efeitos é finita, como estar determinada a uma espécie, como se considerássemos os homens ou os asnos infinitos. Ora, não é possível que exista alguma criatura que possa produzir efeitos infinitos de todos os modos e segundo o número, a espécie e o gênero; ora, isso é próprio de Deus e, por isso só sua potência é absolutamente infinita.

Ao décimo respondo dizendo o mesmo o que foi dito ao oitavo.



Ao décimo primeiro respondo dizendo que aquela noção é válida para o infinito tomado como privação.

Ao décimo segundo respondo dizendo o mesmo.

Ao décimo terceiro respondo dizendo que Deus opera com toda a sua potência; mas o efeito é limitado segundo o império da vontade e a ordem da razão.